

solutione accipiendi sunt textus in l. si servum 91. §. sequitur. ff. de V. O. l. fin. ff. de condit. furtiv. l. promissor 23. ff. de constituta p. com. l. qui Siliam 37. l. fin. ff. de consensu. l. si usufructus 6. ff. de usufructu. legat. l. quoniam 46. ff. de O. & A. Nec tandem ultimam agnitionem ablat. quod expendimus contra exactionem illam indiffinita a nostro Gregorio factam inter pactum turpe, & impossibile negative conceptum; quia certum est, pactum turpe inter negative conceptum, nullius momenti esse, ex ratione supra adducta: impossibile vero negativum, ut Calum non ascendat, valere; quia hoc conventio necessaria magis est, quam impossibilis, & puram producti obligationem, cum figuram conditionis magis quam potestatem continet, l. si pupillus 9. §. qui sub conditione, ff. de novation. Unde exactione a nostro Gregorio facta accipienda est de pactis turpibus, & impossibilibus affirmative conceptis; quo casu equaliter invalida sunt una, atque alia.

Primo Gregorii IX. decisioni opponitur textus in l. si quando 3. ff. de oper. libertat. ubi proponitur, libertatem promissile duobus patronis operas praestare: quoniam si sit, an teneatur cui liber solvere partem? Et Laboni placuit, teneri partem solvere. Prosequitur Pomponius, & Labonis sententiam probat eo exemplo, quia si quis promittat operas prateritas; quae praestari non possunt, obligatur: ex quo textu expresse deducitur, promissionem rei impossibilis valere, siquidem impossibile est operas pro parte praestare, quae individuae sunt, l. libertus 31. §. l. ff. de oper. libertat. l. 1. §. sed operis, ff. ad l. Falcid. l. in stipulationibus 54. §. l. de V. O. & etiam fateatur Consultus, operas prateritas deberi, quae iam praestari non possunt: ergo promissio, seu pactio quod impossibile continens, sustinetur. Pro huius textus interpretatione sciendum est, quod cum opera diurnum officium sit, l. 2. ff. de oper. libertat. & in actu consistat, l. 1. ff. de oper. servor. & individua sit, quatenus continet factum tale, quod unico actu non consumatur; tamen factorum individuum regalis non estimatur, d. l. in stipulationibus; ino plures operae promissae, tamquam plures res in genere debent, non partibus pro indiviso, sed numero dividuntur, & promissio operarum similis illi, in quibus genera promittuntur, d. l. in stipulationibus 34. l. libertus 25. Unde d. l. si quando, operae dividuntur non partibus pro indiviso, sed numero; & si promissae libertus tantum operam, quamvis non detur divisio ex parte debentis, tamen commoditas potest communicari, d. l. in stipulationibus; §. ult. Quoad operas prateritas facilius expositio est, nam cum eo casu, quo operae prateritae sunt, obligatio succedat ad interesse, 5. estimatiorem, l. si non sortem 26. §. libertus, ff. de condit. indubit. inde & deberi, & peti parsoperam potest, idcirco eorum estimatio. Valentia 10. 2. illust. tract. 4. c. 6. n. 33.

Secundo opponitur textus in l. ea que 27. ff. de donat. inter, ubi stipulatio, qua uxor promittit, ut si divorcium sua culpa loquatur, aut ipsa repudiabit libellum mittat, certa quantitate mulctetur, valet, & sustinetur; & tamen haec stipulatio turpis est, cum licet intra metas poenae a lege statuta stipulatio defendatur, l. non est 50. ff. de pactis, poenae tamen legum contenti esse debemus, ut probat ab specie textus in l. stipulatio 19. ff. de V. O. l. 2. c. de inutilib. stipulat. diverentibus enim sine causa jam certe poenae a iure erant statuta, quas enumerat Scipio Gentilis de donat. inter: igitur stipulatio turpis non improbat. Omnis alius difficultatibus illius textus, quas proponit, exponitque Cujac. l. 6. resp. Pap. in eo textu, respondendam est, stipulationem, de qua ibi agitur, non esse turpem, nec poenam continere, sed tantum modum a partibus conventum, ut quantitas videlicet donata restituatur, sequuto divorcio mala gratia. Marius enim tempore donationis non simpliciter donavit, sed pacificando, ut si sine causa uxor diversisset, illi restituere quantitas donata; qui modus adhibetur defensori, sicut alius quilibet in traditione rei propriae, l. in traditionibus 48. ff. de pactis, leg. qui Rome 122. §. Flaviana, ff. de V. O. l. 1. c. per totum Cod. de donat. qua sub modo: ita illum textum accipiant Donellus in l. 19. n. 5. ff. de V. O. Gentilis de donat. inter, l. 3. c. 17.

Deinde opponitur textus in l. 1. §. qui oneranda, ff. quarum rerum actio non datur, ubi proponitur, quod si patronus a liberto stipuletur, ne ipsum offendat, & si offenderit, in servitium reducat, talem stipulationem, tamquam factam onerande libertatis causa non valere. Ex quo textu duplex nascitur difficultas. Prima in hunc modum, non valet stipulatio haec, quia oneratur libertas: igitur qui libertas in eo consistit, ut libertus possit offendere patronum. Secunda ex eo, quia poenae a legibus factae contenti esse debemus, d. l. 19. ff. de V. O. igitur haec stipulatio ex alio capite, videlicet quia concepta erit in eo casu, quo certa poena a lege constituta reperiebatur, improbari debet. Primae difficultati respondendum est, stipulationem in eo textu fuisse conceptam, ne etiam levius culae libertus patronum offenderet, quia sponcione libertas onerabatur, siquidem hoc levem injuriam poterat libertus revocari in servitium, ut exponit Otalduus l. 16. comment. c. 22. l. 1. c. Secundae difficultati satisfaciendum est asserendo, poenam in eo textu adjectam esse a iure statutam eo casu, quo libertus ingratus existens patronum offenderit, l. 1. c. de ingratis libertis, l. alimentis 6. §. 1. ff. de acquiritur. libertas; & quando stipulationi ad poenam tantum adjecta, quae a iure constituta est, stipulatio sustinetur, l. non est impossibile, ff. de pactis, l. quidam 131. ff. de V. O.

Rursus nostrae assertioni adversatur textus in l. insulam 38.

§. in operis, ff. locati, ubi celebratus fuit contractus locationis, ut domus construeretur, & tempus ad adificationem prescriptum fuit, & conventum, ut nisi intra illud opus prescriberetur, locator conductorque quanti eius interesset, praestaret. Ob temporis praesuram impossibile erat opus perficere: utrum talis contractus sustineretur? Et respondit Consultus, contractum valere, iudicem debere locatori concedere tempus arbitrio boni viri, intra quod domum construi possit. Ex quo textu aperte constat, pactum impossibilem, seu quod impossibile continentem, valere: igitur non recte asserimus, pacta impossibilia nullius momenti esse. Pro cuius textus expositione dicendum est, in eo textu contractum sustineri, quia tempus praescriptum a contrahentibus, non ita breve, & impossibile iudicabatur: quare licet intra illud domus construi non possit, tamen juxta voluntatem contrahentium illud actum videtur, ut tempus congruum concedatur: ita post Fabrum, & Fulgosium in eo textu, docent Pichardus in §. loca, n. 12. l. 1. de inutilib. Bartholomaeus Chafius l. singul. interpret. c. 11. Preceptor D. Josephus de Retes 2. p. de V. O. tr. 4. n. 4.

Deinde obstat textus in l. si dictum, ff. de evictio. ubi asseritur, valere stipulationem, per quam evictionis nomine, quadruplam promittitur: quae stipulatio turpis est, siquidem actio duplex ex evictione datur, l. cum fundus 48. l. si fundo 54. cum aliis, ff. de evictio. igitur cum maiorem poenam continet, quam statuta est a iure, turpis est; & tamen sustinetur: igitur quia stipulatio turpis valida est. Pro interpretatione huius textus varia adduxerunt Cuiacius tr. 8. ad Africarium, in l. cum forte 44. ff. de action. empti, Antonius Faber l. 2. consil. c. 3. Merillus l. 3. variantium ex Cuiac. c. 26. Arias de Mesa l. 2. variat. c. 23. Sed praedicta difficultati satisfaciendum est asserendo, poenam tripli, sed quadrupli in eo textu promitti, quia interesse evictionis estimatum, & taxatum fuit a contrahentibus; licet enim iudex ultra duplum non possit taxare interesse, l. unio. C. de sentent. qui pro eo quod interest; tamen partes possunt ultra asserere. Inde cum dupli taxatio in evictione non proveniat a lege, sed ex voluntate contrahentium, l. quod si nolite 31. §. qui assidua, ff. de adit. edit. ideo possunt contrahentes aut simplicem, aut quadruplam evictionis nomine promittere: docet post Accursum ibi, Cuiac. l. 16. observ. c. 34. Donel. in d. l. 19. n. 4. ff. de V. O.

Etiam adversatur textus in l. sed apud ultro 10. ff. de negot. gest. ubi supponit Consultus, valere pactum, ne actione negotiorum gestorum ob sumptus impendos agatur: quae conventio turpis est, cum repugnat naturali aequitati, & ad delinquendum per eam quis invitetur, l. ex empto 11. §. ult. l. bona fides 50. ff. de mil. l. 1. §. l. ff. de pactis doct. igitur pactum turpe non improbat. Haec difficultate motus Faber in eius rationalibus, existimat verba illa, nisi specialiter in actu est, ut neque aduersus alterum habeat actionem, Tribonianum esse, ejuisque incerta sapere. Sed pro eius textus interpretatione sciendum est, pactum nonnquam turpe videri, quod revera turpe non est, veluti cum quis sibi dari pacificum ob indicandum, servum fugitivum, l. 4. §. ult. ff. de condit. ob turp. l. solent, ff. de praescrip. verb. l. fassa 44. de furtis. Paulus lib. 2. sent. tit. 31. §. 10. ubi Cuiac. D. Josephus de Retes tom. 1. opus. l. 1. §. l. c. 11. n. 4. Similiter nec turpia sunt pacta, de quibus in l. iurum 109. digess. de verb. oblig. l. 1. juxta veram lectionem Florentinam, digess. de cond. causat. l. motum 9. §. sed licet, digess. de eo quod metus causa, l. penul. §. ult. digess. de donat. quam integram restituerunt ex Paulo l. 5. sent. tit. 11. §. huius Cuiac. ibi, Fornerius lib. 3. quod. c. 12. Ita pactum in d. l. 10. nullam turpitudinem continet, siquidem aequitatem, aequitatemque respectu partium continet: pactum enim intantum fuit, ne ambo, tam directa, quam contraria uteretur actione; quo casu ex sententia ipsius Fabri in eodem textu pactum cum aequale sit pacificum, nullam turpitudinem continet.

Uterius obstat textus, in l. quod si locus 11. ff. de relig. §. iussum, ubi asseritur, quod si locus monumenti ea lege venerit, ne in eum inferatur, quos jus est inferre, pactum ad hoc non sufficere, sed necessarium esse stipulationem. Ex quo textu deducitur, stipulationem turpem, religiosam, & uti lepalchrorum contrariam, esse validam: igitur stipulatio turpitudinem continens non improbat. Augetur haec difficultas ex l. penul. C. de pactis, inter emptorem: ubi in eadem fere specie asseritur, stipulationem non esse difficultatim, sed pacto cavere posse, ne locus religiosus fiat. Etiam difficultis est textus ille, dum loquitur, venditionem loci religiosi valere, cum vulgare juris principium sit, venditionem rei factae, vel religiosae non valere, l. si in emptione 34. §. omnium, digess. de contrah. empt. l. 2. l. locum 9. C. de religio. l. inter 83. §. factam, l. continentem 137. §. cum quis, de V. O. Ant. Faber in ration. ad eum textum, more iure commendat, corrigi, atque eius verba delet: sed eo omnino, & aliis interpretationibus traditis a Cuiac. l. 10. §. Papa, in l. servus 7. ff. de servit. expensatis; Rothomano l. 9. observ. c. 5. Merillo in 50. de iustion. fultus in d. l. ult. Cedeo in l. 3. n. 4. ff. de V. O. respondendum est, stipulationem, de qua in eo textu, non esse contraariam religioni, siquidem venditor jus sepulchri quaecumque habuit, transiit in emptorem, ea lege adjecta, ne in sepulchro inferretur, quos jus erat inferri; quo pacto praedictum non poterat huius familiaribus, qui jus sepulchri habebant: per pactum igitur ita appositum, tantum ipse venditor, & qui ab eo causam habent, privantur ut heredes iure inferendi defuncti in eum sepulchrum; ut aeterni alii ex familia priventur iure suo, pacto fieri non potest, quia nemo pacificando, aut legenti in contractum dicendo, aliis prodele, vel nocere potest, l. qui in sepulchro 3. §. neque, ff. de regul. iur. Necessaria igitur

19
Exponitur
l. 63. an
do ff. de
oper. libert.

20
Intelligitur
l. ea que 27.
ff. de donat.
inter.

21
Exponitur
l. §. qui
ff. de negot.
gestum.

22
Adducitur
l. insulam
38. §. qui
in operis
ff. de
locati.

23
Opponitur
l. si dictum
ff. de evic.
tion.

24
Exponitur
l. 10. ff. de
negot. gest.

25
Explicatur
l. quod si
locus ff. de
relig.

tur est stipulatio, ut teneatur promissor facere, curaque ne alii jus sepulchri habentes eo utantur; & tunc cum stipulatio facti alieni sit, magis cautam erit, si poena adiciatur. Nec obstat textus in d. l. ult. C. de pactis, ubi sufficit pactum, quia in ea specie pactum adjectum fuit in favorem venditoris: at vero in d. l. quod si locus, pactum intantum fuit in favorem emptoris. Venditor enim promittit in eum locum defundum non inferre. Unde cum pactum fuisse adjectum in favorem emptoris, & praedictum pactum, pactum tantum non sufficit: at vero in d. l. fin. C. de pactis, ex pacto tantum venditori praedictum sequebatur, unde pactum sufficit, nec necessaria est stipulatio. Nec obstat quod expendebamus de venditione prohibita loci religiosi; nam licet aliqui assererint, in eo textu non agi de sepulchro, aut

loco religioso, sed de monumento, quod significat locum purum, non religiosum factum humatione cadaveris, l. 2. §. monumentum 6. l. monumentum 4. digess. de religio. l. si sepulchrum, C. cod. tit. l. si sponsus 5. §. 2. digess. de donat. inter; haec tamen solutio refellitur ex eo, nam ut Consultus, jus esse inferendi in eo: igitur quia jus sepulchri acquiritur jam erat. Nec novum est, ut sepulchrum appelletur monumentum, l. 2. C. quae res fignori, d. l. si sepulchrum: sicut et contrario sepulchrum dicitur monumentum in l. quoniam 4. digess. de aqua pluvia. Dicendum enim est in ea specie locum religiosum venditum fuisse, non primo, & principaliter, sed accessorie cum aliis bonis, ut docent latius prosequentes ipsius textus interpretationem Valerius Animad. 1071 c. 3. D. Josephus de Retes l. 8. opus. c. 5.

TITULUS XXXVI.

De Transactionibus.

CAPUT PRIMUM.

a Gregorius Antonio Subdiae. & Dometiano Abbati, atque Presbyter. a b paribus.

Sicut grave, & plenum vituperationis est, inter personas omnipotenti Deo militantes, de secularibus negotiis oram diu controversiam permanere; ita laudabile, & studio est religiosi conveniens, tenentis gratum Deo pacem praestare compendii, & ex rebus transtitoris mansura semper charitatis lucra mercari. Et ideo, quia de possessionibus Fajano, Nafoniano & Labianio positis in provincia a Sicilia, territorio Panormitano, & de quibus inter Praepositos monasterii sanctorum e Maximi, & Agathe, quod f. Lucufanum dicitur, & diverso administratores Monachorum in hac Urbe Roma constituti, quod g. Valerij nuncupantur, longa fe traxit b contentio: nunc vero inter te Antonium Subdiaconum nostrum, memorati Xenodochii Praepositi, & diverso dilectissimum filium nostrum k Dometianum Abbatem, atque Presbyterum praedicti monasterii pactis intervenientibus salubris processit, Deo auctore, decisis; necesse est, ut omnis discordia possit occasio proveniri, ea quae gesta sunt, interveniente auctoritate firmari. Proinde per huius praepositi seriem hoc decernendum esse perspeximus, ut omnia instrumenta, vel quidquid est aliud, quod partibus, quod abicit, ad invicem contra fe venire cupientibus, quoquo modo vel ex temporis praescriptione, seu aliter opem de lege, aut quocumque privilegio poterat ministrare, sit, sicut & vos poscitis, vacuum, & omni virtute cassum, & sola pactorum inter vos nunc habitorum pagina validum, perpetuumque robur obtineat: si quid forte incuria, vel imperitia minus firmitatis insertum est, vires plenissime monitionis, & soliditatis ex hac nostra auctoritate suscipiat, nec superesse aliquid valeat, unde ea, quae religiosa studio provide, ut oportuit, ac pacifice terminata sunt, quoquomque tempore quidquam dubitatis incurant; sed omnia, quae in eisdem pactis tenentur adscripta, firma, illibata, & sine aliqua refragitatione persistant, quatenus amota penitus totius altercationis materia inter eos, quos charitatis immutabiliter docet manere concordia, nulla que deinceps litigiosa contentionis occasio generari. Pro munitione vero superscripti monasterii memorato Dometiano Abbati, atque Presbytero praepositi simile dedimus.

N O T A E.
A Gregorius. Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc tit. c. 1. & reperitur textus huius inter epistol. Magari Gregorius l. 7. epist. 27. ex quo legitur textum hunc transcribo.
B a paribus. Difficile est quod importent verba haec, quae etiam reperitur apud ipsum Gregorium. cod. l. 7. epist. 212. ibi: Siagio, Berterio, Virgilio, & Dofitorio Episcopis Galliarum a paribus. Et ex 39. Romano Defensori, Faustino, Salvariano Subdiacono, Adiano Notario a paribus. Sed jam observatur Bignonius in notis ad veteras formulas, c. 46. Salmassius in observatione ad jus Atticum, c. 7. ea verba significare omnibus aequaliter, & eodem exemplo in eadem epistola scribi, licet Pontifex tantum cum uno loquatur, ut apud Hincmarum Rhenensem ep. 6. c. 28. Zofimus Pontifex ad Aurelium, & universos Episcopos per Africam constitutos, universosque Episcopos per Gallias, & septem provincias constitutos, & universos Episcopos per Hispaniam a paribus. Unde in praesenti Gregorius per eam clausulam, a paribus, scribit uno exemplo, & aequaliter omnibus, ac si cum uno tantum loqueretur.
C Controversiam permanere. His verbis monet Gregorius, magna reprehensionem mereri eos, qui diu in litibus persistunt, & contrario omni laude dignos esse eos, qui amicabiliter lite transactione sopita, ob accipiem judiciorum aleam, magnaque molestias ab ea recedunt; ideo debitoris prius amicaliter interpellandus esse potius, quam in jus rapiendus, saponitur in l. quidam 13. ff. de servit. rustic. junctis Cuiacio l. 18. observ. c. 38. Merillo l. 3. observ. c. 8. & in l. debitor 10. C. de signor. juxta interpretationem Otaldui l. 17. Donelli, c. 1. littera B. Tacit Castro pro P. Q. Videndum quamprimum est, quam minima cum molestia tota res transigatur, ac incivile est hominem statim in jus rapere, cum res forsam amica compellatione, vel compositione obtineri possit. Plerumque enim fructuosus est liti cedere, quam litigare, l. omnium, ff. de minoribus, l. illud 7. §. 1. ff. de probatoris; & commendanda est veracitudo lites exacerant, l. 4. §. 1. ff. de alienat. iudic. praecipue in ecclesiasticis personis, quarum officium est licet habentes ad pacem revocare, c. placuit, dist. 50. ideoque litigiosi ordinari non possunt, c. 1. §. ete, 46. dist. Accedit, minuendum litium studium utroque iure esse commendatum, l. 3. §. 1. ff. de receptis, l. 1. ff. de iuror. l. ult. ff. pro suo, l. 1. §. unde queritur, ff. de novi operis nunciat. l. quidam 21. in fin. ff. de reb. cred. l. proponendum 13. in princ. C. de iudic. cap. finem 5. de dolo & contum. c. 2. de re iudic. cum per lites solvant inimicitiae, accusationes, & odia, ut prudenter convenit Calus apud Trajannum l. 11. annal. circa principium, non aliter quam per praelia, quibus apposite a Javeallii styri. ult. comparantur.
Nos lena forti pugnamus arena.
Facitur Plinius l. 2. ep. 3. Nos qui in foro, & veris litibus te-

rimur, multum malicie, quantumvis velimus, addidimus. D. Ambrosius l. 3. de virgin. Cloribus est pax, in foro lites: Cloribus fides est, in foro fraus, atque perfidia. Senec. 2. de ira, c. 7. Plura in litium, litigantiumque execrationem coegerunt Vultejus de iudic. c. 1. Bernulf. dist. polit. dist. 6. Otaldu. l. 17. Donell. c. 1. littera C. Acaes Robertus l. 2. rer. iudic. c. 16. Solozanus de iure Indiar. t. 1. l. 3. n. 7. & in polit. l. 3. c. 37. & emblemat. 68. Noster D. Joannes de Laurea 10. l. de. Gran. nat. c. 4. n. 8. & c. 38. & 39. Bobadilla l. 3. polit. c. 14. nu. 47. polite & politice Barclayus in Argentina, l. 3. pag. 375. Valerion in praem. de transact.

d Sicilia. Panormitana enim urbs dicitur Provincia Siciliae, ut dixi in c. 4. de elect. & Sanctorum Maximi, & Agathe monasterium. Hoc construxit D. Gregorius in Provincia Siciliae, in Panormitana diegesi, Ordinis D. Benedicti, cujus mentio fit apud ipsum leg. 8. ep. 42. & 43. aliqua de eo monasterio tradit Abbas D. Roscius Pirrho l. 1. in notis Panorm. pag. 63. n. 6. & l. 4. pag. 160. f. Lucufanum. A ludo in dictum, & Lucufanum a ludo dictum fuit. Lucus autem est nima arboribus densum, Deo sacrum, ubi Gentiles suos Deos colebant, l. 1. c. 2. C. de cypressi, ex libro Daphnesii, l. nullus 12. l. privilegia 14. C. de pagan. in Theodos. Virgil. lib. 1. Aeneidos.
Lucus in urbe fuit media latissimus umbra.
Et lib. 16.
Late arbore opaca.
Aureus, & solis, & lento vimine ramus,
Junoni infernae dicitur sacer, hunc regie omni.
Lucus, & obscuris claudunt eam vallibus umbra,
Lucanus.
Lucus erat longo nunquam violatus ab aeo
Arboribus lucus.
Servius ad Virgilium l. 5. ibi: Lucus nunquam ab eo ponitur sine religione; quia ibi habitant laevi viciales, animi heronum, & pinnorum. Plutarchus in problemat. Cur quod impenditur in Siciliae Lucus vocatur? an quod multae sunt sylvae circa urbem dicitur. Plinius l. 22. c. 1. Nec magis, auro fulgentis, atque ebore sinuatae, quam lucos, & in eis silvestria adoramus. Plinius Junior in panegyri. ad Trajanum: Inter haec pia mente adire lucus, & occurrere numinibus. Tacitus l. 14. annal. Excessu luci Lucis superstitiosus habetur. Quos damnarunt Patres Ecclesiae in Concilio Altitiod. can. 3. ibi: Nec inter sentes, aut arbores sacros, vel ad fontes tota exsolvere. Concilium Nannet. can. 8. Braçar. 1. c. 22. Agathen. can. 5. Arelat. 2. can. 23. Carthag. can. ult. in Capitular. Caroli

donda est hac decisa, cujus ratio ex eo provenit; nam cum ad alienationem rei Ecclesie requiratur consensus, seu collaudatio Capituli, & c. 1. de his que sunt a prelat. & per litteras rati habitationis non consistat sufficienter de consentu, & collaudatione Capituli, ideo desideratur alicujus temporis lapsus, ut per rati habitationem precedentem, & taciturnitatem subsequentem approbata censetur transactio a Prelato facta, ut docet Cronius ad nostrum tit. Nec obstat quod de rati habitatione dicitur; nam licet rati habitatione mandato comparatur, non tamen ipsa per se antecedens inducit expressum, & deliberatum consentium, ut desideratur ad alienationem rerum Ecclesie: quare in presenti casu non sufficit rati habitatione precedentem, sed desideratur alia inducenda, & presumpsa ex taciturnitate. Et sic retinenda est negatio, quam retinet Ant. Augustinus, & Cronius in presenti. Nec etiam augmentum difficultatis adferatur; nam discrimen constitutum est inter rati habitationem subsequentem, & precedentem. Per subsequentem rati habitationem, cum iam causa examinata sit, & cognita, firmatur alienatio rei Ecclesie: at vero per precedentem, adhuc non cognita causa alienationis, & transactionis, non ita firmatur, ut docent Abbas, & Batrius in presenti.

CAPUT IV.

Idem a Abbati de Strat. & Priori S. Eusebii.

Constitutus in nostra presentia G. Clericus sua nobis asseritione monstravit, quod cum inter ipsum, & A. Clericum super capella de Stratis controversia emerisset, tandem per transactionem sopita fuit: & licet hinc inde fide b prestatia firmata fuisset, eam tamen prefatus A. servare recusat. Quia igitur hujusmodi transactiones speciem continent simoniae, mandamus quatenus revocata transactione in irritum, causam audiatis.

NOTAE.

Idem.) Ita etiam legitur post Concilium Lateranense sub Alexandro III. parte 28. c. 6. in prima autem collectione, sub hoc tit. cap. 4. legitur: Idem Abbat de Strathes, & Priori S. Eusebii: sed legendum est, Abbat de Strathes, sive

Stratheside, & Priori S. Eusebii, que monasteria sunt in Anglia Ordinis Cisterciensis, ut refert illustrissimus Maarique 2. 2. annal. Cisterc. cap. 10. n. 3. quod modo etiam corrigenda est inscriptio textus in cap. veniens, hoc tit. b Fide prestatia.) Quatenus fides differt a juramento, dicitur in c. ad aures 3. de his que vnt.

CAPUT V.

Idem a Carnotensi Episcopo.

De cetero noveris, quod cum aliquis ad extraordinarium iudicem litteris impetratis, cum adversario suo componit, postmodum in Ecclesia, de qua agitur, jus aliquod habiturus; si compositio non est juri contraria, non est a loci Episcopo aliquatenus reprobanda. Sed census absque Episcopali auctoritate, cui praest b Ecclesie, super hoc sub hoc praetextu solutus, vitam ejus, qui solverit, non excedit.

NOTAE.

Carnot.) Ita legitur in prima collectione, sub hoc tit. c. 5. & in c. 9. de consub. in ead. collect. & post Concil. Lateran. sub Alexandro III. parte 28. c. 10. Sed in prima collectione adicitur, textum hunc partem esse alterius decisionis, quae incipit, Nos cum in eminenti; quae reperitur in c. 36. de appellacionibus, in 1. collect. & in c. 3. de iudiciis, in eadem collect. in quibus epigrapha ita concipitur: Alexander III. Cantuariensis Archiepiscopo. Unde & hic corrigenda est inscriptio in hunc modum, Idem Cantuariensis Archiepiscopo; de qua Ecclesia egi in c. 2. de rescriptis.

eleasitua beneficia: etiam ex regala textus in c. scientes 3. cap. prohibemus 7. de consub. Clement. 1. vers. Causam, de suspensa. neglig. quibus receptum est, ne Episcopi, vel inferiores Praelati possint in beneficiis novas pensiones imponere, vel veteres augere, ut in c. veniens 8. hoc tit. Si vero pensio imponitur beneficiario, tunc persona imponitur, & personam possessoris non egreditur; quare quia tunc Ecclesia non redditur censuaria, & cessant praedictae juris prohibitiones, ex causa legitima potest Episcopus tales pensiones, vel census imponere, ut eleganter docet Pontifex in c. nisi 21. de prebend. cap. veniens 8. hoc tit. d. cap. uis, in fin. ut ecclesiastica; quo casu procedunt textus in c. cum vassillis, de rescriptis. Spoliator, cap. cum clericis 11. de consub. cap. nudiominus 3. de collat. ubi glossa verbo Pensionem, notant pensionem ita auctoritate Episcopi debere imponi, ut vitam beneficiarii non excedat. Nec pro contraria sententia faciunt textus supra citati. Et primo illis non suffragatur nosser textus; nam omnis variis interpretationibus relatis a Garcia ubi supra, nu. 338. Lothario de re beneficiaria quest. 35. num. 25. Azor. d. quest. 1. respondendum est, in hoc textu auctoritate tantum delegati fuisse transactionem factam, ut ex ea uni ex litigantibus certa pensio solveretur: quam transactionem servare debere Episcopum ordinarium loci jubet Alexander, nisi fit juri contraria, idest aut damnosa Ecclesie, ut plerumque transactiones esse solent, ut in specie textus in c. sacrosancta 51. de elect. c. si quando 8. de officio deleg. c. accepimus, c. cum clericis 6. de paroch. aut nisi facta dicatur per collusionem, d. c. audivimus 3. potest enim iudex delegatus pro bono pacis, & concordiae uni ex litigantibus beneficium assignare, alii vero certam pensionem in eo constituit, d. c. nisi 21. de prebendis. Ex verbis vero relatis non deducitur, recte cum Episcopi auctoritate constitui posse pensionem, quae personam possessoris egreditur. Nec etiam pro contraria sententia deducitur, videlicet auctoritatem Pontificis desiderari in pensione in perpetuum imponenda, ut probavi in c. 2. hoc tit. Nec tandem pro contraria sententia faciunt textus in d. c. praterea, c. clerici, de consub. cap. avaritia 10. de prebendis, in quibus innui videtur, interveniente tantum Episcopi auctoritate, posse clericos Ecclesias suas pensionibus onerare, etiam a successoribus servandis. Nam textus illi accipiendi sunt non de pensionibus super beneficiis ex causa transactionis imponendis, sed de censibus ex alia justa causa ab Ecclesia exigendis, quos possessoris eorum cum auctoritate Episcopi imponere poterant, ante Concilium Lateranense sub ipso Alexandro III. celebratum, de quo in cap. prohibemus 7. de consub. Quare praedicti textus referendi sunt ad priora tempora ipsius Alexandri, videlicet ante Concil. Lateran.

Beneficia, cui praest.) Ex his verbis aliqui deducunt, pensionem in transactione super beneficio impostam auctoritate Episcopi in successorem transire, eamque teneri illamolvere; at vero pensionem impostam sententia iudicis delegati, non transire ad successorem, sed more solveatis finiri: ita docent Gambaria de officio Legati lib. 6. anno 387. Azor. 2. par. insit. lib. 8. cap. 6. q. 1. Bonac. de simonia, quest. 4. §. 15. n. 9. plures relati a Garcia 1. par. de beneficiis, c. 5. n. 334. quos novissime sequitur Glibanus de simonia, quest. 20. in fin. n. 7. Pro quorum sententia faciunt textus in c. veniens, hoc tit. c. praterea 8. c. cum clericis, de consub. cap. avaritia 10. de prebendis, lib. 6. ubi probari videtur, auctoritate superioris reddi Ecclesiam censualem posse, & onus pensionis in successores transire. Sed contrariam sententiam, videlicet accedente Episcopi auctoritate, non posse Ecclesiam reddi censualem, nec pensionem in perpetuum imponi, defendunt in cap. 3. de collatione deleg. Innocentius, & Hostiensis n. 2. Antonius n. 15. Panormitanus in c. prohibemus, nu. 2. c. 9. de consub. Pelinus in esp. ad audientiam, num. 2. de rescriptis: Gigas de pensionibus, quest. 6. num. 2. c. 4. Rebuffus de pacificis, a nu. 106. Corrauius de sacerdotio, 1. par. c. 4. Mandosius de signatura gratiae, verbo Papa, Covarruvias in c. quamvis, 1. par. §. 6. nu. ult. de paroch. in 6. Gomezius in compendio utriusque signaturae, pag. 350. Redoanus de simonia, 2. par. c. 21. num. 32. c. 36. Lotharius de re beneficiaria, lib. 1. q. 53. n. 2. c. 25. Garcia d. c. 5. n. 330. Valens de benefice, lib. 4. tit. 2. n. 8. Carballo in c. Raynautius, 2. par. n. 331. de testamentis.

Pro hujus controversiae resolutione sciendum est, pensionem ex justa causa, & auctoritate superioris, vel imponi beneficiis ipsi, vel beneficiario: si imponitur beneficio, seu Ecclesiae, ubi beneficium est, constituitur onus reale, & transit una cum beneficio in successorem: hanc autem ideo Episcopus, & alii inferiores Praelati non possunt imponere, quia beneficium censuale cum diminutione conferretur, quod jure prohibuitur est, c. ult. 1. q. 3. cap. majoribus 8. cap. dilecto 25. cap. vacante 26. cap. dum causa 36. de prebendis, c. velle, ut ex-

Presentia negativa simpliciter.

CAPUT VI.

Idem venerabilibus fratribus A. a Eborac. Archiepiscopo, Ap. Sedis Legato, & R. Voigor. Episcopo.

EX litteris vestrae fr. accepimus, quod cum olim inter R. & A. clericos super Ecclesia de Miniftra, & Capella de Torhec ad eandem Ecclesiam pertinentem coram te, frater Episcopo, qui iudex fueras delegatus b auctoritate G. qui tunc eidem A. e patrociniabatur in causa, & testis inscriptus fuerat, transactio jam pridem facta fuisset; post transactionem idem G. veniens ad praesentiam nostram, & se mentiens clericum, cum nondum esset d tonsuratus in clericum, ad Dunhelmum Episcopum, & Decanum Eboracen. si bene meminimus, super Ecclesiam eandem, & Capellam, tacita veritate de transactione, ipse G. litteras e nostras imperavit. Cum autem idem G. & responsales praedicti R. in nostra deinde praesentia fuissent constituti, nos ex litteris vestris veritatem super his cognoscentes, & attendentes etiam, quomodo praefatus G. non iniciabatur, se transactioni interfuisse, & nondum fuisset tonsuratus, cum litteras ipsas f obtinuit; ei super praescripta Ecclesia, & Capella auctoritate Apostolica silentium imponimus, & g memoratum R. ab ejus impetitione duximus absolvendum.

NOTAE.

R Eboracensi.) Ita legitur in prima collectione, sub hoc tit. cap. 6. ex qua supplenda est inscriptio, quae reperitur in hoc Raymundi corpore. Rogerius Archiepiscopus Eboracensis successit Guillelmo, cum esset Regis Henrici familiaris, & fuit trigentesimus Archiepiscopus ejusdem Ecclesiae, ut refert Vergilius, lib. 22. hist. Anglia; in fin. pag. 207. Fuit Legatus in Anglia, quia licet in eo Regno mitterentur Archiepiscopi Cantuarienses ut Legati semper; tamen Henricus secundus anno 1164. petiit ab Alexandro III. in odium S. Thomae Cantuariensis, ut legationis munere fangeretur Archiepiscopus Eboracensis; quod ut Pontifex Regi indulgeret, clausulam adiecit, ne in diocesis, vel Archiepiscopum Cantuariensem ullum jus Eboracensis vindicaret, ut refert Baronius no. 2. anno 1164. ideo in praesenti Rogerius dicitur Legatus. De Ecclesia Cantuariensi, & Vvigorienfi egi in c. 2. de rescriptis, c. nisi 9. de electione.

advocato causam suscipere, vel non: si vero officium sit necessarium, quod quis five velit, five nolit, exequi debet, ut turelze, l. negon, ff. de tutor. l. 1. ff. de admistr. tutor. non officii illi officium, quia non sponte illud suscepit: quare tutor causam in iudicio agendo nomine pupilli, non privatur jure sibi competente, l. tutor 22. ff. de his que ut iudic. ga. l. cum quis, C. de admistr. tutor. §. tutor, insit. de iust. ficio, Amaya ubi supra, num. 20. Similiter iudex alienationi auctoritatem praestando, non ideo privatur jure suo. Robertus d. c. 12. & tunc verum est, officium suum nemini damnosum esse debere. Neque obstat textus in d. l. Gaius: nam procedit in rebus, qui interfuit ultimo elogio, non vero contractui inter vivos; testis enim qui signavit testamentum, signavit quod forsam ignorabat, cum non omne testamentum coram testibus legatur: at vero subscribens contractui, aut transactioni, ubi omnia percussit, dispositionem audivit, & condiciones observavit, censetur ita consentire, ut si quod jus ad rem habeat, amittat.

b Auctoritate.) Idest eo presente, approbante, & formam transactionis dictante: nam auctorem esse, aut auctoritatem praestare dicitur ille, qui probat id quod agitur, l. 3. ff. de auctor. tutor. Hincque cum Imperatore in Senatu orationem faciente Senatus staturat, Imperator praestare auctoritatem Senatus dicebatur, l. cum hic 32. ff. de donation. inter, l. 5. C. de excusat. tutor. l. 1. C. de part. heredit. l. 5. de Magistratibus conveniunt notarium Briffonius de V. S. verb. Auctoritas; Jacobus Gutherus lib. 1. de officio dom. c. 30. Quare quia suadente, proponente, & dictante Guillelmo transactio in praesenti facta fuit, auctoritatem illi praestitisse dicitur, & eum auctorem fuisse.

d Tonsuratus.) Et sic incapax beneficii ecclesiastici: inter alios enim effectus, quos confert prima tonsura, primus, praecipuusque est, ut tonsuratus possit obtinere beneficium Ecclesiasticum, Trident. sess. 23. de refor. cap. 6. docent Saufay in Panoplia cleric. 2. par. lib. 6. actio 5. Garcia de benefice. 1. par. c. 2. num. 23. & 7. par. c. 2. n. 10. Barb. lib. 1. juris ecclesiast. c. 38. n. 25. & c. 39. n. 16. Etiam obtinere potest capellaniam, in cujus fundatione vocatur a testatore clericus, vel ordinatus, ut resolvunt Cavallos praefator. q. 24. in fin. Avendanno in l. 29. Tauri, glof. 3. n. 9. Barpola de potest. Episcoporum, 2. par. alleg. 2. n. 7.

c Patrociniabatur in causa.) Et sic tamquam advocatus asserendo praedictam Ecclesiam ad suum clientulum spectare, renuntiant juri, si quod habebat ad ipsam Ecclesiam, argumento textus in l. ult. ff. de iustitio fiam. l. 5. §. advocatum, ff. de his que ut indigni, si scienter id faciebat, l. inter, ff. de R. V. Cujac. ad Digesta, in l. si par. 10. §. 1. ff. inoff. testam. & in d. l. 5. §. qui accusavit, ff. de his que ut indigni, Amaya ad tit. Cod. de delator. lib. 10. n. 20. Donellus lib. 16. comment. cap. 6. Robertus lib. 4. animadvrs. c. 14. Neque obstat, iniquum esse, officium suum cuiuslibet esse damnosum, l. sed & quo, §. sed si quis, ff. de quomodo, testam. Unde testis, qui rogatus signavit testamentum, potest petere rem potest, quam eo praesente testator ut propriam legavit, l. Gaius Savius, ff. de pignorat. action. l. Titia 34. §. Lucio, ff. de legat. 2. igitur sive Guillelmas in praesenti ut advocatus adesset, vel ut testis instrumento transactionis subscripsisset, non ideo repellendus erat a jure, si quod habebat ad ipsam Ecclesiam; praecipue cum non omnis, qui praesens tacet, actui consenti- re videatur, l. qui vix, §. veteres, ff. de jurris, l. 1. §. voluntatem, l. qui docti, ff. soluto matrim. l. 1. §. scientia, ff. de tributor. l. qui tacet, ff. de R. l. maxime in amissione rei propriae, l. quidam 12. ff. de evicionibus, l. si quis vi, §. de dif- ferenia, ff. de acquir. poss. Huic difficultati satisfaciendum est ex communi Interpretum sententia, qui discrimen constituant inter officium voluntarium, & necessarium; qui enim officium voluntarium suscipit, ut patrociniatum alicujus, amittit jus quod habebat ad ipsam rem, dum affirmat, eam sui clientuli esse, dicit, l. 5. §. siens qui putans; liberum enim est

d Licet non erit, cap. cum adeo, de rescriptis, cap. si eo 9. eodem tit. in 6. quia qualitas requisita certo tempore, etiam postea superveniens nihil operatur. Gutierrez consil. 2. Viviaus de iurepatronatus lib. 6. cap. 7. num. 15. Gratian. dist. sept. tom. 1. cap. 133. Gonzalez ad regul. 8. glof. 5. nu. 24. Diana part. 4. tract. 4. resolut. 227.

f Obtinuit.) Et sic licet postea tonsura initiaretur, admittendus non erit, cap. cum adeo, de rescriptis, cap. si eo 9. eodem tit. in 6. quia qualitas requisita certo tempore, etiam postea superveniens nihil operatur. Gutierrez consil. 2. Viviaus de iurepatronatus lib. 6. cap. 7. num. 15. Gratian. dist. sept. tom. 1. cap. 133. Gonzalez ad regul. 8. glof. 5. nu. 24. Diana part. 4. tract. 4. resolut. 227.

g Memoratum R.) Ex his verbis deducitur, transactionem, seu compositionem ita factam fuisse, ut Ecclesia remaneret penes R. non penes A. cui Guillelmas patrociniabatur. Etiam ex eis colligitur G. litteras justitiae impetrae contra dictum R. cum per eas illum impetretur.

CAPUT VII.

Idem.

SUPER eo quod quasivisti, restum de ecclesiastico beneficio in litigium deducto possit fieri transactio, tale damus, sicut jam pridem, si bene meminimus, alii non absumile dedimus, b responsum. Quoniam secundum formam a canonibus in aliis transactionibus adscriptam, super re sacra, vel religiosam transigi minime potest; etenim res facere ut possideantur, aliquo dato, vel recemto, vel promisso, speciem habere credimus simoniae: alias autem gratis, & amicaliter inter se litigantes componere, sacris canonibus nequaquam dicemus obviare.

NOTAE.

Idem.) Idest Alexander III. illi enim tribuitur textus ille in secunda collectione, sub hoc tit. c. 1. non tamen

constat, cui Prelato Pontifex in eo rescribat, quia tantum hic compilatur pars decisionis, cujus principium aliunde est. b Responsum.) Quod, ni fallor, extat in cap. 3. de collat. derog.

CAPUT VIII.

Idem a Abbati de Straupbo, & Priori de Phepi.

Veniens ad Apostolicæ Sedis clementiam dilectus f. noster Magister Vv. de Flavilla, sua nobis infirmatione monstravit, quod monachi majoris o. monasterii terras in parochia Sanctæ Mariæ de Martinon e. excolant, & ab eadem Ecclesia d. coloni eorum omnia ecclesiastica, tam e. necessaria, quam voluntaria suscipiant sacramenta; & tamen eidem Ecclesiæ suas a. canonicas sacris constitutas decimas contradicunt solvere: sed de frugibus tertiam partem solvunt ei, & duas sibi retinere præsumunt; de reliquis autem minutis f. decimis, utpote nutrimentis animalium, & fructibus hortorum, nihil penitus præstare non erubescunt: arbitrantur autem ab hoc sese tueri cujusdam transactionis pactione inter præfatos monachos, & quendam sacerdotem memorati Vv. prædecessorem facta, ita videlicet, quod de duabus g. carrucatis terræ, quas in dominio suo monachi tenent, tertiam duntaxat partem decimarum restituere debeant, reliquis sibi retinendo. Quo fit, ut inde occasione fumentis malignandis, prædicia agrorum b. defectu ad eos devoluta monachi in suum magis astute, quam provide dominium convertant; & quatuor, vel forte plures carrucatas duabus aggregant, non tamen aliter decimas præstantes de illis, quam prius de duabus præstitissent, cum secundum compositionis tenorem integras de illis decimationes solvere tenerentur; Quoniam igitur non convenit Ecclesiis providere, ne sua debeant jura cuiuslibet deperire: f. v. per A. f. mandamus, quatenus cum existit fueritis requisiti, utraque parte ante præsentiam vestram convocata, rei veritatem diligentius inquiratis, & nisi privilegium Apostolicæ Sedis sibi super hoc indultum coram vobis præfati monachi palam produxerint, vel nisi transactionem præscriptam a. Apostolica auctoritate confirmatam esse docuerint, cum aliquo inter personas potius, quam inter e. Ecclesiæ facta videatur, nec pactione inter alios acta aliis obesse patiamur, omni dilacione, & ap. rem. præfatos monachos, & agricolas decimationes ex quibuslibet rebus devenientes ex integro abique diminutione Ecclesiæ S. Mariæ de Marturen, jugi præstatione singulis annis præstare, & eorum que illicite detinuerint, justam æstimationem restituere cum omni districtione compellatis. Quod si discretionis vestræ secundum ea, que proponuntur nobis, in iudicio visum fuerit, præfatos monachos non nisi ad tertie partis decimationum præstationem secundum justitiam urgeri posse; tunc omnium eorum, que canones decimanda decreverint, ap. rem. sæpeditos monachos tertiam partem Ecclesiæ jamdictæ auctoritate Ap. in decimas præstare cogatis.

NOTÆ.

- a Abbati de Straupbo. Ita legitur in hac sexta collectione, in secunda autem, sub hoc tit. c. 3. legitur Abbati de Straupbo, & Priori de Phepi: & etiam post Concil. Lateran. sub Alexand. III. part. 48. c. 3. Sed legendum est, Abbatem de Straupbo, sive Serata Florida, & Priori S. Eufebii, ut jam notavi circa epigraphen textum in c. constitutus, hoc tit.
b Majori monasterio. Claravallis videlicet, de quo egi in c. 14. de officio delegati.
c Excolant. Non propriis manibus, aut expensis, sed per colonos; qui f. propriis manibus excolerent, decimas solvere non tenerentur, cap. quæstio, cap. decimas, 16. quæstio. 1. Concil. Lateranense sub Alexand. III. ibi: Scitimus, ut monasteria ex suis prædiis nullo modo decimas solvere cogantur. Olim enim monachi, præcipue Cistercienses, agros propriis manibus excolabant, cap. cavendo 10. quæstio. 3. & tunc certum est, exemptos esse a decimarum solvitione, e. ex parte, c. nuper, cum aliis, de decimis.
d Colonos. Quibus condemerant monachi prædicia rustica.
e Necessaria quam voluntaria. Videlicet Sacramentum Baptismi, & Penitentia, que dicuntur necessaria necessitate mediæ ad salutem; & Matrimonii, & Extreme unctionis, que cum non ita necessaria sunt, dicuntur voluntaria.
f Minutis decimis. Decime enim solvenda sunt ex omnibus fructibus, & proventibus propriis parochiis, ut probavi in c. fructibus, de pactione, c. contingit, hoc tit. Sed jam temporibus nostri textus monachi nigri, & albis concessum erat privilegium, ne ex nutrimentis animalium, & fructibus hororum decimas persolverent, e. ex parte 10. de decima, c. nimis, de excessibus.

CAPUT IX.

Lucius III. a Orliensi Episcopo.

Præterea quando inter laicos, & viros Religiosos de præsentatione alicujus Ecclesiæ quæstione suborta transigitur inter eos, ita quod præsentationem laicus obtineat, religiosi vero nonam, vel majorem percipiant portionem, in qua prius nullam, vel minorem habere consueverant; an hujusmodi transactio teneat, quævis sit. Cum igitur ipsa pactione simoniaca merito videatur, de jure non tenet, nec ex ea religiosi ullum commodum debent invenire.

NOTÆ.

- a Orliensi. Ita etiam legitur in secunda collectione, sub hoc tit. c. 4. sed utrobique perperam; cum enim in Epigraphæ hujus textus in dicta secunda collectione legitur, Lucius III. Orliensi Episcopo: pars capituli Tunc nos, & innotuit, in præfati referri partem textum in cap. tua nos 11. de jurator. qui cum eam inscriptionem habeat, Lucius III. Norwicensi Episcopo, credo epigraphen hujus textus ita corrigendam esse, Lucius III. Norwicensi Episcopo. Accedit utriusque textus materia affinitas, & connexio. De Ecclesia Norwicensi egi in c. f. autem 9. de rescriptis.

CAPUT X.

a Cælestinus III.

Præterea quarto loco talis quæstio accessit, quod quadam b. cellula eximi voluit a subjectione, qua matri domui tenebatur. Cumque causa debito Marte percurreret, fratres illius cellulæ f. e. contentes illi domui quondam fuisse subiectos, referabant, quæstionem olim de hac subjectione fuisse motam, & transactione positam, videlicet eatenus, ut quidam determinatum annuatim Ecclesiæ matri reddendo, fratres memoratæ cellulæ penitus essent a subjectione principalis domus exempti. Ceterum ex adverso Prior domus duo pariter allegabat, unum scilicet, quod ex quo concessi fuerant f. dudum illi domui subiectos fuisse, & non ante transactionem illam exemptos, constabat illos fuisse rebelles eo ipso, quod ante transactionem, & exemptionem se contendeant ab eadem jurisdictione fuisse subtractos; nec transactionis subsequens eos poterat a tanto crimine inobedientie relaxare. Alterum quoque Prior consequenter pro majori Ecclesiæ proponebat, quod de spirituali subjectione contra votum professionis transigere non licebat.

hat. Nostra vero in his hujusmodi redditu sollicitudo responsum, quod ex prædicta fratrum de Cella confessione contra eos sententia profertur debeat, præsertim cum illa transactio, licet nobis de illo, quod Cella determinate prædictæ domui solvere tenebatur, clare constare nequiverit, iniquitatem continuasse putetur.

NOTÆ.

- a Cælestinus. Ita etiam legitur in secunda collectione, sub hoc tit. c. fin. ubi additur pars capituli Bonæ memoriæ, ut cognoscatur, in præfati referri partem textum & in c. bona, de confirmatione utili, & alias ejus partes congesti in c. præsentiam 21. de officio delegati.
b Cellula. Quid per cellam in jure nostro accipiatur, late dicemus in c. unice, de synodico.
c Consentes. Sed quomodo per confessionem, & exemptionem rei intentio Episcopi super jurisdictione fundatur, contra textum, & que ibi communitur adducuntur, in c. cum venerabilibus, de exceptionibus. Respondetur Episcopi intentionem in præfati non fundari in exceptione a reo opposita, sed in plena confessione, his verbis: Consentes in jure illi domui quondam fuisse subiectos; ut docet Balboa in d. c. de exceptionibus, n. 46.

COMMENTARIUM.

In c. 4. 7. 9. & præfati una fere comprehenditur materia; quare hujusmodi conclusionem eorum commentarium dabimus. Sit assertio: Super beneficio ecclesiastico, vel spirituali, vel spiritualibus annexa, transactio non admittitur. Probat eam textum in c. 2. c. quæstio 1. q. 2. c. si quis præsentat 1. q. 3. c. cum prædictum 4. de pactione, c. cum inter 16. de elect. c. nisi esset, de præbendis, c. cum venisset, de rescriptis, spol. & dilectus filius 28. de simonia, c. si quando, de officio delegati, c. super hoc 5. de renuntiatione, c. veniens 2. hoc tit. in 1. collect. Illustrant ultra laudatos a Barboia in præfati, Navarros ad tit. de simonia, consil. 46. Tusch littera C, conclusio 50. & littera T, conclusio 388. D. Joannes Sorloanus 2. de jure ind. l. 2. c. 14. n. 88. & l. 3. p. 111. c. 15. Petrus Gregorius de beneficiis, c. ult. & l. 28. synag. c. 2. n. 16. & l. 3. part. 1. c. 2. Suarez de relig. l. 1. c. 14. c. 51. Genuesis prædictabil. q. 737. Barboia voto 76. n. 42. Balboa in c. fin. de pactione. Ganisius in nostro c. constitutus, Bartholomæus Sanchez in c. 5. de ver. pactione. Azor part. 2. moral. l. 8. c. 6. q. 1. Lotherius de beneficiis, l. 1. c. 35. n. 25. & q. 36. n. 10. Duarenus l. 6. de sacris, c. 4. Garcia de beneficiis, part. 1. c. 5. n. 300. Summius verbo Transactionis, Gibalinus de simonia, q. 20. consil. 15. plures relati a Valerone de transactio, tit. 3. q. 6. n. 2. Claudæ agmen præceptor meus illustratissimus D. Martinus Lopez de Oariberos in præfati, ad text. in c. constitutus, hoc tit. quam dam hæc scribo, præ manibus habere non potui.

Sed pro dubitanti ratione averteris hæc assertio nempe ita infurgo: Si transactio iure beneficio, aut jure præsentandi ad illud non admittitur, maxime quia simonia labeo committitur, ut innotuit in c. constitutus, hoc tit. sed in hujusmodi transactione nulla simonia considerari valet: igitur non obstat ratio, quare hujusmodi transactio improbetur. Probatur enim ex eo, nam si transactio ita fiat, ut qui petit, intendit, nec se habere jure præsentandi; & alter qui negat, alternis vicibus jure patronatus utatur, non intercedit quid temporale, sed mera rei dubie transactio: igitur non datur simonia, argumento textum in c. ult. de ver. pactione, vel si transactio ita fiat, ut beneficium unus retineat, & alteri litiganti certa pactione solvatur; tunc enim etiam non datur simonia, quæstione auctoritate Episcopi tale pactum iniri possit, c. nisi esset, de pactione, c. dilectus filius, de simonia; & iniri esset simoniaca pactione, nec ex consensu Episcopi celebrari posset, c. penult. de elect. Auger hæc dubitanti ratio ex eo, nam si transactio simoniaca in d. c. constitutus, irritaretur, non restitueret Ecclesiæ, circa quam commissæ fuit simonia, pristino possessori, cum inter simoniam pœnas illa a sacris canonibus imponatur, videlicet privato beneficio, c. infirmationem 12. de simonia: igitur transactio super beneficio ecclesiastico ad simoniaca non improbat. Secundo augetur hæc difficultas ex eo, nam res spiritualis, seu sacra, non modo per transactionem acquiri valet, verum & per venditionem, c. cum enim 10. q. 2. c. aurum 11. q. 2. igitur super re spirituali, seu sacra transigi potest. Tertio tandem sulcitur hæc difficultas ex eo, nam super jure præsentandi adeo permissa est transactio, ut ille tantum jure præsentandi habeat, qui tempore fundat omnis Ecclesiæ pactione expresso jus illud sibi reservavit, c. novus, de juripatronatus: igitur non repugnat nature juripatronatus transactio, per quam illud acquiritur.

His tamen difficultatibus minime obstantibus vera est præfata assertio, ad cujus veram expositionem sciendam est, transactionem super beneficio ecclesiastico, aut jure præsentandi ad illud, differre a compositione; nam compositio est genus, transactio vero species, ut dixi in c. hoc tit. Potest autem hujusmodi transactio triplici modo contingere. Primo cum spontanea voluntate unus ex litigantibus cedit jus, quod habet, in gratiam alterius; & tunc transactio sustinetur absque ulla auctoritate Episcopi, vel superioris, nisi præcedere debeat nova institutio; nam tunc cum beneficium non possit obtineri absque institutione canonica, c. de regul. jur. in 6. c. ex frequentibus, c. cum venisset, de institutionibus, necessaria est Episcopi auctoritas, & de hac compositione accipiendi sunt textus in c. cum inter de elect. c. super eo, hoc tit. Secundo modo potest considerari transactio in beneficio, aut jure præsentandi datus ad invicem rebus spiritualibus, ut beneficium pro beneficio: & etiam in hoc casu potest transactio incipere a litigantibus, dum Episcopi auctoritas postea intercedat, ad in-

Traditur ratio decimarum.

Dissolvi-tur debet ratio.

Exponitur c. si quando 8. ff. de offic. delegati.